DE CARCINOMATE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO - CHIRURGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

AD SUMMOS

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE MENS. MART. A. MDCCCXXXIII

1833

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

JUL. CAROL. THEOB. ROHM

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

C. LINTERMANN, MEDIC. ET CHIRURG. CAND.
H. MUELLER, MEDIC. ET CHIRURG. CAND.
A. PETRASCH, MEDIC. ET CHIRURG. DRD.

GRYPHIAE

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS,

'RAECEPTORIBUS SUMMOPERE COLENDIS

F: A. G. BERNDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
OTENTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS ME-
ICIS INTIMIS, MEDICINAE PRACTICAE, ARTIS OB-
TETRICIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, CLI-
ICI MEDICI ET OBSTETRICII DIRECTORI, FACUL-
ATIS MEDICAE PESTHINENSIS MEMBRO HONORARIO
AC SOCIETATUM DOCTARUM COMPLURIUM SODALI,

M. G. MANDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
IIRURGIAE ET THEORETICAE ET PRACTICAE PROFES-
)RI PUBLICO ORDINARIO, CLINICI CHIRURGICI ET
PHTHALMIATRICI, NEC NON SCHOLAE MEDICO-CHI-
RURGICAE DIRECTORI,

SACRUM.

INTRODUCTIO.

Cancer, Chironium, Telephium, ulcus carci-omatodes, carcinodes, carcinomatofum, can-rofum, Carcinoma, carcinos, jam antiquiffimis emporibus, cognitus fuiffe videtur; Chironem nim tradunt, Centaurum, qui anno MCCLXX Chr. vixit, ulcere hujusmodi maligno labo-affe, et vehementiffime vexatum effe, ita, ut iortem a diis praecatus fit [1]). Itaque omnia lcera maligna a veteribus Chironica [2]) vocata int. Eandem ob caufam hujusce modi ulcera helephia quoque appellabantur, quod verbum Τηλέφῳ Herculis filio derivatur.

Extinctio cancri in mammis ab ipfo cor-eptis lenta ac molefta decorticatione atque iperficiei vulneratae aduftione Leonidae Ale-andrino, qui centum circiter annis ante Chr. ixiffe videtur, adfcribitur [3]).

Nonus quidem feu Theophanes, qui anno CCCC. p. Chr. vixit carcinoma, quod a vete-bus ab atra bili derivabatur, nonnifi ex flavae lis acrimonia provectum contendit [4]).

Rhazes Arabs fuadet mammas cancro af-ctas penitus decorticare, nec minus e fanis irtibus quasdam exftirpare, poftea vero ferrum ndens applicare [5]).

---

1) Ariftot. Endem. 3. p. 277. ed. Pac.
2) Apollod. 2, 5.
3) Aët. tetr. 4. ferm. 4. c. 45. col. 800.
4) Nonus c. 249. p. 260. ed. Bernard.
5) Rhaz. contin. 13, 12. f. 256. 257.

Albucafis medicus Hispanus feculi duodecimi, cum ferrum candens maximi momenti cenferet, carcinomata aduffit, nunquam vero in medio, fed potius tantummodo in margine [6]).

Guy de Chauliac, feculo decimo quarto carcinoma infanabile exiftimat.

Antonius Cermifone, qui anno MCCCCXLI mortuus eft, venaefectiones adhibet, et tamarindis, Caffia aliisque remediis ad atram bilem expellendam utitur [7]).

Leonardus Bertapaglia Academiae Patavinae profeffor initio feculi decimi quinti carcinomatis operationem timet, cujus loco ruptorium ab ipfo inventum aut remedia cauftica commendat [8]).

Gabriel Faloppia Arfenico atque oleo rofarum, remediis utitur, carcinoma exftirpat ejusque radices penitus adurit [9]).

Aranzi Academiae Bolognenfis profeffor, ad carcinoma fanandum leniffima remedia, Althaeam, oleum amygdalarum, commendat [10]). Marcus Akenfide chinam cum conio maculato et hydrargyro conjunctam, remedia adhibuit [11]).

Timmermann, Academiae Rintelenfis profeffor, Belladonnam in carcinomate falutarem cenfet [12]).

---

6) Albucafis de chirurg. vol. 1. f. 50. p. 96. (ed. arab. et lat. Channing. 4. Oxon. 1778).
7) Cermifoni confilia f. 48. d. (fol. Venet. 1522.)
8) Bertapaglia fuper quartum Avicennae, tr. 1. c. 25. f. 272. a (fol. Venet. 1546).
9) Falopp. de vulner. particul. L. c. p. 264. S.
10) Arant. de tumor. praeternatur. c. 41. p. 224.
11) Medical transact. published by a college of phyfice in Lond. vol. 1. p. 84.
12) Periculum medicum de Belladonna. Rintel. 1765. 4.

MORBI DECURSUS.

Carcinomatis decurſum acurate deſcribere ecundum optimorum ſcriptorum teſtimonia ummis difficultatibus implicitum eſt; cum organa affecta peculiaria nec minus aliorum morborum vegetativorum complicationes innumeras arietates proferant.

In normali carcinomatis decurſu tria ſtadia diſtinguuntur.

I. Stadium vegetationis auctae (ſtadium ocale, ſcirrhi [13]). Initium hujus ſtadii plerumque non perſpicuum eſt, ita ut ab aegrotis xplorari fere nequeat, propterea quod cauſarum noxiarum neque mechanice neque chemice rganismum corripientium non ſunt conſcii, t quod carcinomate ſine dolore organismum ngreſſo non commoventur, ut ad ipſum animum dvertant. Plerumque fortuito tumorem animadvertunt arcte definitum, omnibus partibus ere aequalem, magna duritie, non calidum, ne dolore, corio plane prorſusque ſano obtectum. Organi correpti functiones hucusque non unt ſublatae, et ſi ſcirrhus a cauſis noxiis mehanicis praeſervetur, atque aegrotus vivendi

14) Allgemeine Therapie der Krankheiten des Menschen von Wilh. H. G. Remer. Breslau 1818. S. 393.

ratione utatur moderata ac quieta, fine ulla modificatione usque ad mortem alia caufa effectam tolerari poteft.

II. Stadium vitae animalis reverfae (cancer occultus). Hoc ftadium initium capit a dolore, qui primo momentaneus, pungens, poftea magis magisque perdurans faepius revertitur, atque carbonis candentis inftar organismum afficit. Doloris hujusce peculiaris caufa non fatis cognita eft, nec minus nos fugit, num re vera ab organo affecto initium capiat, quod tamen fenforio probatum videtur.

Cancri incremento explicari poteft, quod ifte dolor certis tantummodo periodis percipitur; nam omne incrementum fecundum naturae leges eft periodicum. Hoc ftadio cancer crefcit, ambitus ejus magis magisque propegatur, tumor non certis finibus, ut antea, circumfcriptus apparet, tuberculofus et inaequalis redditur, nihilominus tamen durus eft, fingulis locis tantummodo fluctuationem quandam oftendit. Eodem modo corium quoque, quod tumorem obtegit, commutatur, colorem praebet lividum, fufcum, rubidum, magis expanfum apparet, quafi attenuatum, venis impletum, quo luculentiffime patet et fyftema fanguiferum cancri effe particeps. In ipfo tumore hoc ftadio plures cavitates parvae apparent fero, vel alio fludio ichorofo, rubicundo, acido, metalla corrodente impletae. Corium hisce locis depreffum eft atque retractum.

Nunc vero apertum eft, totum organismum effe affectum, praecipue autem fyftema lymphaticum, id quod fymptomatis cum morbo primario congruentibus, quae primo in glan-

lulis vicinis, poſtea verò et in partibus remo-
ioribus apparent, probatur.

Facies, aegroti peculiari modo commuta-
ur. Hoc modo:

III. Stadium deſtructionis (ſt. exulceratio-
is, cancer apertus) producitur, quo ulcus can-
rofum ſtricte ſic dictum apparet.

Dolor hoc ſtadio redditur vehementior
iagis terebrans, pungens; corii loci maxime
liti atque discolores exulcerantur, ſaniemque
etidam, ſanguineam, lividam vel nigricantem
cernunt, vicinas partes maxime corrodentem.
enique tumor totus exulceratur ulcusque prae-
et, quod initio rugoſum ac tuberculoſum appa-
t. Superficies ejus ſubſtantiam calloſam offert,
qua poſtea fungoſitates procreantur. Sub-
antia calloſa marginem ſuper prominet, modo
l internum, modo ad externum latus flectitur.
argo plerumque duriſſimus eſt, pallidus, li-
dus, rubicundus, calloſus, griſeus, diſcolor,
ridus vel nigricans maximumque dolorem
aebet. Ulceris ambitus admodum eſt exten-
s, rubicundus, modo oedematoſus, modo cal-
ſus, interdum quoque emphyſematice tume-
ctus. Nunc quoque ſeſe oſtendunt ſaepius
emorrhagiae; fungoſitates interdum ulceratio-
vel ſphacelo dejiciuntur, celerrime autem
nuo reſtituuntur.

Ulceris reactio in organismum totalem ma-
; magisque elucet, qua morbus univerſalis
igis ſtabilitur, id quod haemorrhagiis crebris
iorisque ſecretione aucta facillime effici pot-
, nec minus dolor vehemens propterea quod
ychen afficit, anſam praebet ad morbum au-

gendum. Hoc modo fieri poteſt, ut mors febre hectica plerumque morbo finem imponat.

Differentiae.

Cauſae proximae carcinomatis num re vera inter ſe differant usque ad noſtra tempora, incertum redditum eſt, propterea quod carcinomatis ipſius indolem jam non cognovimus. Hac enim indole perſpecta proximarum cauſarum carcinomatis differentias tantummodo explorare licitum erit. Carcinoma dividi ſolet vel ſecundum nexum cauſalem in idiopathicum ac ſympathicum, vel ſecundum organismi ſyſtemata, in:

1. carcinoma cutis, cutaneum,
2. carcinoma glandularum,
3. carcinoma tunicarum mucoſarum,
4. carcinoma organorum parenchymatoſorum,
5. carcinoma oſſium,
6. carcinoma nervorum,

vel denique ſecundum corporis partes, in quibus occurrit, v. c. carcinoma mammae, labiorum, linguae, uteri etc.

Aetiologia.

Auctores complurimi in eo conſentiunt, quod carcinomatis indoles nobis adhuc plane prorſusque incognita eſt, cum iſtam mutationem abnormalem proceſſus vitalis ejusque organorum, ex quibus cauſa proxima carcinomatis ejusque ſymptomata procedant, nondum exploraverimus. Iſtud tantummodo disquiſitionibus anatomicis deprehendiſſe nobis videmur, carcinoma in nova tela formanda eſſe fundatum. Qua

ero ratione haec formatio efficiatur, non aper-
um eſt, niſi forſitan congeſtionibus ac ſubin-
lammationibus in adſpectum veniat.

Semper autem huic formationi ratio quae-
lam vitae conditionis nobis ignota, in qua ner-
orum dynamis multum valere videtur, ſuppo-
ita eſt [15]). Haec tela formata, ut experientia
ocet propriam quodammodo vitam a reliquo
rganismo discretam habet, ita ut ipſius telae
utritio ac reliqui organismi contrariis con-
itionibus plerumque utantur.

Organismi actio in telam ipſam nullius mo-
nenti apparet, ita ut omnes, quibus utimur,
rganismi *commutationis* v. c. acribus febribus,
ura *detractionis* et diaetae etc, nullum in car-
inomate mutando momentum habeant.

Tela mutata e contrario maximas orga-
ismi univerſi mutationes producit, quae tan-
em mortem advocant. Maximi momenti ſym-
tomata ipſius telae exulceratio praebet, quae
ecundo morbi ſtadio ſeſe evolvit.

Cauſae praedisponentes. Syſtema glandu-
rum potiſſimum carcinomatis evolvendi an-
um praebere videtur; ceterorum vero ſyſte-
natum tunicae mucoſae ac cutis ad carcinoma
vendum pronae ſunt. Aetas quoddam affert
nomentum, propterea quod carcinoma media
tate ac provectiori plerumque occurrere ſolet.
aepius autem in feminis praeſertim ſeneſcen-
bus, quam in viris deprehenditur. Cancer
nammae atque uteri ſaepiſſime in conſpectum
enit, id quod praevalente ſexuali ſyſtemate

---

15) Fr. Aug. Gottlob Berndt allg. Grundsätze der Medicin Berlin 1825. Th. 1. S. 233.

foeminae effectum videtur. Ratione habita temperamenti, cholerici carcinomati maxime obnoxii esse videntur, cum temperamentum cholericum ad morbos producendos potissimum idoneum sit.

Dispositio hereditaria maximi est momenti, sed majorem vim in sexum foemineum exercere videtur; itaque filii quorum mater carcinomate mortua est, isto morbo vacant, dum filiae ab ipso corripiuntur.

Organorum sicuti experientia docet, ea, quae functionibus sexualibus praesunt, maxime ad carcinoma producendum sunt disposita, id quod a de Walthero commemoratur, qui de ratione peculiari, quae intercedit scirrhum inter atque systema sexuale loquitur. Ratio peculiaris, ait, systematis sexualis ac totalitatis omnium reliquorum systematum organicorum et unius cujusque systematis, in quod systema sexuale vim habet maximam certis quidem vitae periodis, quibus peractis systema sexuale prae ceteris iners redditur et quodammodo exstinguitur, — tum abnormales functiones hominis sexuales, quae, cum in ceteris animantibus desiderio naturali, cuidam periodico subjectae, in homine ab incitatione spontanea pendent, ex libidine sensuum, imo vero cupidinibus perversis ac salacissimis, saepius quoque ex mero animi impetu, nec minus ex illecebris arte effectis profecta — Ratio denique perversa diversa aetate, procreandi impotentia in conjugibus producta, multaque hujusmodi alia, carcinomatis momenta genesiologica agnoscenda sunt.

Causae occasionales. Affectus deprimentes permanentes, v. c. angor, aegritudo, cura, tri-

ſtitia, invidia, iracundia, formido, potiſſimum in lactatione, libido, amor voti haud compos in virginibus vetulis praecipue carcinoma producere ſolent; nec minus nimia abſtinentia vel intemperantia Veneris, quam ob rem carcinoma ſaepiſſime in Monaſteriis deprehendebatur. Petrus Bierchen igitur remediis carcinomatis prophylacticis in foeminis adnumerat, conjugium, lactationem, thoracum linteorum fugam [16]).

Eodem modo carcinomatis producendi momentum praebent vehementes ſuppreſſiones circulationis ac functionum organorum ſecernentium et excernentium, v. c. incauta ablactatio, ſuppreſſio fluoris albi, menſtruationis, haemorrhoidum, ſudoris pedum, ulcerum habitualium, pſoricae quoque, rheumaticae, arthriticae, aliaeque metaſtaſes; ſic quoque abuſus ſpirituoſorum cancri ventriculi ſaepiſſime cauſa dici poteſt. Rodmanni [17]) auctoritate frigus carcinomatis cauſa exſtat graviſſima, ejus inprimis, quod in mamma feminea ſaepiſſime nobis occurrit.

Eodem modo cauſae Carcinomatis occaſionales referendae ſunt laeſiones externae, v. c. *contritiones* in organis praecipue ſecernentibus, glandulofis, vaſorum plenis, minus vero ſi iſta organa magna vi, quam ſi continuo ac reiteratis ictibus afficiuntur, maxime autem ſi organa morbo dicto formae jamjam laborant, quibus rebus organorum conditio facilius in pejus declinari poteſt. Itaque incauta laeſio verruca-

16) Bierchen Abhandlung v. d. wahren und falſchen Kennzeichen der Krebsſchäden u. ſ. w. Aus dem Schwediſchen. Göttingen 1775.

17) John Rodmann's practical explanation of cancer in the female breaſt with the method of cure, and caſes of illuſtration. London 1815. 8.

rum etc. ad carcinoma procreandum maximi est momenti. Cujus rei exemplum mihi ipsi in clinico nostro occurrit, ubi rusticus quidam assidua extractione verrucae, in parotidis regione sitae, fungum haemoden (carcinoma forsitan) evocaverat, ex quo mortus est.

Denique hic commemorandae sunt inflammationes lentae atque exulcerationes herpeticae, arthriticae, scrophulosae, syphiliticae, quae continua therapia non conveniente malignam induunt naturam.

Quibus omnibus causis carcinoma potest quidem produci nihilominus tamen experientia docuit, carcinoma malignissimae naturae saepius esse deprehensum, cui nec ulla harum causarum antecesserat.

Diagnosis.

Certa carcinomatis cognitio primo potissimum stadio atque initio secundi auctorum plurimorum testimonio summis difficultatibus implicita est. Symptomata peculiaria, quae in morbi decursu deprehenduntur, jamjam illustrata sunt, nunc vero symptomata diagnostica acrius perlustrentur necesse est, quae quidem probe tenenda sunt, cum carcinoma maximam similitudinem praebeat cum aliis morbis, unde facile fieri queat, ut carcinomatis cognitio cum istorum morborum cognitione confundatur.

Morbi, qui symptomata praebent carcinomati similia, hi fere sunt: indurationes, tumores cystici, fungositates, ulcera, quae omnia vel propter dyscrasias, vel propter complicationes vel propter curam non convenientem carcinomati simillima evadunt.

Carcinoma ſtadio praecipue primo et initio ſecundi, ne cum induratione confundatur, ſymptomata horum morborum diagnoſtica ex ſymptomatis ſenſibus perceptis ex initio ac decurſu eorum hauſtis proponantur neceſſe videtur.

Symptomata, quae ſenſibus percipiuntur, ſunt, quae ſequuntur: tumor, durities, ponderoſitas, frigus, color peculiaris et dolor.

Tumor. Hoc ſymptoma et carcinomati et indurationi commune deprehenditur, idque tantummodo diſcrimen intercedit, quod in carcinomate quidem initio ſemper parvus, in induratione contra major apparet. Carcinomatis tumor ſenſim ſenſimque accreſcit, indurationis vero deminuitur, niſi forte inflammatio denuo procedat, aut induratio in exulcerationem exeat. Quo diutius induratio exiſtit, eo minor, et eo durior tumor redditur, propterea quod fluida quodammodo reſorbentur.

Carcinomatis tumor, initio ſaltem, arcte circumſcriptus eſt, ac per ſe mobilis. Indurationis tumor autem, niſi organum quoddam circumſcriptum corripiat, ambitu nunquam circumſcribitur, ſed paulatim in ſanas partes pergit. Induratio ubi per longius temporis ſpatium exſtiterat, neque exiverat, pedetentim arctius circumſcripta apparet.

Tumor concentratur ac tumori cyſtico ſimilis redditur, ſed nunquam fere reſolvi poteſt. Ubi vero carcinomatis tumor per longius tempus viguit, magis magisque ſeſe extendit, minusque certo a vicinis formationibus ſanis poteſt diſcerni.

Indurationis tumor porro nunquam per ſe absque reliquo organo correpto mobilis apparet,

quoniam organi pars integrans exiſtit. Eodem modo initio plerumque non magna duritie praeditus eſt; ſed ſi permanet, ſemper durior ſit, aut, ſi reſolutio procedit aliquantum emollitur. Denique tumor indurationis ſaepiſſime doloribus eſt conjunctus, cum maxime inflammatione producatur.

Dolores vero, ſi induratio permanet, plane prorſusque deſinunt, pars indurata ſit torpidior, quam ſano corporis ſtatu, aut ſi induratione permanente dolores deprehendantur, hi ſedem non in ipſa parte aegrotante obtinent, ſed potius in vicinis partibus ſanis, ubi percipiuntur, ſi organum induratum premitur.

Durities. In carcinomate durities initio jam ſtadii primi apparet, per totum decurſum permanet, imo vero etiam in ſtadio exulcerationis obſervatur. Durities ipſa ſemper ſenſim ſenſimque major redditur.

Eodem modo in carcinomate circumſcripta eſt, inaequalis, non omni loco eodem gradu percipienda; itaque tuberculoſa percipitur, ac, ſi tumorem digito tangas, lapidis inſtar dura apparet.

Induratio contra initio ſemper levem tantummodo duritiem oſtendit. Induratio ubi reſolvitur, aut exit in ſuppurationem, durities deminuitur, ubi vero induratio permanet, durities magis magisque adaugetur, ſed ad eum tantummodo gradum, ut, ſi digito tangitur induratio, corio duro ſimilis appareat. Durities indurationis in organo correpto aequali modo extenſa eſt, ac nunquam tuberculoſa percipitur.

Ponderoſitas. Ponderoſitas in carcinomate initio ſtatim obſervatur, per totum morbi decurſum remanet, et quoniam durities carcino-

natis maxima eſt, facillime poteſt intelligi, certam rationem non intercedere inter ponderoſitatem atque ambitum carcinomatis.

In induratione contra, ſiquidem initio morbi re vera exiſtit, modificatio tantummodo doloris inflammatorii eſt habenda; ubi vero non exſtat inflammatio, initio morbi ponderoſitas organi correpti ab aegroto non percipitur. Permanente demum induratione, ſi maſſis depoſitis organum correptum ipſum magis magisque ab altiori organiſationis gradu recedit, ponderoſitas occurrit, cum alias organi pondus re vera adaugeatur, alias vero organum vicinis partibus ac totali organismo plus minusve detrahatur.

Frigus. Frigus in induratione non initio statim locum occupat, ſed tum potius cum induratio diutius permanſit, et cum durities altum gradum jamjam obtinuit. Tunc vero ſemper permanens eſt, atque ex deminuta caloris evolutione oritur. In carcinomate contra frigus tantummodo ab ipſo aegroto percipi poteſt, primo in ſtadio deprehenditur, et poſtea cum nimio calore mutatur. Stadium carcinomatis tertium ubi apparuit, frigus evaneſcit.

Color. Color peculiaris et in carcinomate in induratione in corio tantummodo obſervatur. In carcinomate primo ſtadio non adeſt, ſecundo vero ſingulis locis procedit, ubi rubor lividus occurrit, qui per totum carcinomatis decurſum permanet. In induratione contra color peculiaris corii initio jam apparet, ac per totum indurationis ambitum extenditur. Primo, ſiquidem morbus inflammatione effectus eſt, ruber, poſtea vero lividus ac luridus deprehenditur.

Dolor. Carcinoma initio omni dolore caret,

ita ut aegrotus eum nullo modo percipiat. Secundo demum ſtadio dolores ſentiuntur, qui intermittentes, fugaces, pungentes vel urentes ſunt, magis magisque acriores redduntur, ac ſaepius redire ſolent. Hi vero dolores non efficiuntur inflammatione, vel ſi re vera adſit inflammatio, certa ratio inter hanc atque dolorem acritatem non intercedit. Indurationem contra, quae ſaepiſſime inflammatione producitur, initio jamjam dolores ſequuntur. Interdum vero dolores leves tantummodo adſunt, ſi inflammatio praecedens chronica erat gradus inferioris.

Dolores ſenſim ſenſimque, induratione permanente, plane evaneſcunt, ita, ut organum correptum torpidius reddatur, quam normali organismi ſtatu. Qui vero percipiuntur dolores tumoris preſſione in partes vicinas efficiuntur. Si vero in induratione denuo apparet inflammatio, dolores quoque iterum obſervantur. Praeterea in induratione dolores ſunt permanentes, ſed remittentes, tumorem ac vicinas partes obtinent.

Potiſſimum cauſis occaſionalibus facillime perſpiciendis producuntur, et poſtquam evanuerant longiori temporis ſpatio periodice redeunt, v. c. in induratione quadam menſtruatione abnormali effecta, quovis menſe redierunt; in alia contra e ſcrophulis orta, vere et auctumno, ſed dolores in induratione nunquam urentes vel pungentes deprehenduntur, ſed potius obtuſi ac prementes apparent.

His exceptis ſymptomatibus diagnoſticis carcinomatis atque indurationis haec potiſſimum tenenda ſunt. Carcinoma nunquam ex inflammatione initium capit, id quod maximi eſt momenti ad carcinoma cognoſcendum, atque ipſa

arcinomatis origo sine ullo dolore, non minus clarissimorum medicorum auctoritate affirmatur. Induratio contra initium ducit ex inflammatione, cujus exitum saepius designat, atque cum ipsa interdum complicata apparet.

Ratione habita exitus horum morborum, certissima hic momenta diagnostica praebet; sed exitum exspectare velis ad diagnosin stabiliendam, aegrotus morti jamjam addictus est.

Tumor cysticus. Tumor cysticus ubi digito prementi durus sese praebeat, fieri potest, ut se a medico cum carcinomate confundatur, nunquam vero tumores cystici duritiem lapidem induunt, qua carcinoma praeditum est, sed otissimum elastici, tensi, faciles deprehenduntur. Tumores cystici praeterea fere semper in tela cellulosa imprimis in laxa occurrunt, arcte circumscripti apparent, nunquam inaequales, sed potius omni loco pariter duri, nisi forsitan vi externa loco aliquo inflammatio producatur, atque hoc modo fluctuationis sensus producatur.

Fungositates. — Differentia carcinoma inter fungum medullarem et haematoden, si locus affectus cute jam non orbatus est, nostra aetate modum incerta est. Fungus siquidem non profundior est, in universum duritiem praebet, cum elasticitate quadam, ne dicam cum fluctuationis sensu conjunctam.

Ulcera. Ulcera, quae vel dyscrasiis, vel his complicationibus vel curatione incauta pravum adspectum praebent, similitudinem quandam cum carcinomate agnoscunt, quare antiquiori tempestate omnia ulcera maligna, pertinacia carcinomatosorum nomine designabantur. Si vero quae antea monita sunt, carcinomatis duri-

tiem lapideam cum fungofitatum productione conjunctam, accuratius perpendas, omnem errorem in carcinomate cognofcendo evitabis.

Prognofis.

Celebratiffimorum medicorum experientia et auctoritate hac noftra aetate carcinomatis prognofis nonnifi peffima agnofcenda eft, propterea quod neque natura medicatrix, neque ars medica aliquid certi ad ipfum fanandum afferre folet. Magnus quidem medicaminum et internorum et externorum numerus ab auctoribus laudatur, fed perfuafiffimum habemus, nullum eorum radicalem fanationem perficere. Eadem ratio eft, exftirpationis, a pluribus medicis commendatae, qui, ipfa jufto tempore adhibita, carcinoma deletum aegrotumque penitus fanatum opinati funt. Quod contendunt Hill, B. Bell, Richter etc., alii contra clari medici v. c. Boyer, Flagani, Klein, Kern, Zang, C. Bell, Ruft, etc. exftirpationem non faufto fucceffu adhibuerunt. Itaque vero fimillimum videtur, a medicis, qui exftirpationem laudant, aegrotos non fatis longo tempore poft exftirpationem effe obfervatos, aut ab ipfis alia ulcera cum carcinomate effe confufa, id quod eo potiffimum confirmatur, quod noftro tempore, ubi carcinomatis diagnofis accuratius definita eft, plurimi medici fauftum exftirpationis fucceffum negant. Exftirpatio plerumque tantummodo in temporis fpatium quoddam vel brevius vel longius a morbo liberat, propterea quod vel feminia carcinomatis occulta remanent, vel carcinoma jam prioribus temporibus dyfcrafiam, non certis fymptomatis manifeftatam, produxerat, vel denique carcinoma-

is causae perdurant, ita ut ipsum denuo pro-
ocare possint. Eam ob causam fere semper
oacti sumus, ut curationem palliativam tan-
ummodo adhibeamus, eo magis, quo magis
avendum est, ne exstirpatione aegrotis damnum
dferatur. Plurimorum medicorum auctoritate
im nunc idem valet, quod Hippocrates dicit [18]):
Quibus cancri occulti fiunt, eos non curare
raestat. Qui enim curantur, celeriter pereunt;
ui vero non curantur, multum tempus per-
urant."

Scarpa [19]) dicit, exstirpationem fausto suc-
essu tum tantummodo adhiberi posse, cum
irrhus jam sine dolore existat, neque dolores
ungentes praebeat; nam hoc statu ipsum non
si seminum malignum esse agnoscendum,
tens neque ullum organismo damnum affe-
ens. Postea vero Scarpae sententia hocce se-
inum depositum in saniem cancrosam com-
utatur, quae dyscrasiam procreat universalem,
a ut simulatque dolores pungentes apparue-
nt, infectio per glandulas lymphaticas cum
irte aegrotante conjunctas in organismum
anseat. Sine dubio, si omnino exstirpationem
lhibere velis, hoc stadium, ubi scirrhus sine
olore occurrit, aptissimum est; sed raro tan-
mmodo jam hoc stadio a medico auxilium
petunt aegroti, aut medicus malum, quod
prehendit, scirrhum non censet, aut, si ipsum
gnovit, exstirpationem, gravioris momenti
medium, jamjam adhibere non audet, aut
nique aegroti ipsi, cum malum nec ullum

18) Hipp. Aphor. 38. Lib. VI. Berol. 1822.
19) A. Scarpa, memoria sul. scirrho e sul. cancro. Milano 1821.

dolorem praebeat, hujuscemodi remedium adhibere recusant.

Quo magis cancer sese evolvit, eo magis spes sanandi deminuitur; ubi vero cancer apertus apparet, in dubium vocatum est, num medicus aegroto levamen quoddam perdurans afferre possit. In universum vero scirrhi glandularum prognosis pejor est, quam scirrhi cutis. In cancro mammae rarissime curatio radicalis locum invenit, maxime adhiberi potest in cancro cutis atque labiorum, sed haud raro exstirpatione peracta scirrhus aegrotum majori vi invadit, ita ut ipsum celerius ad mortem perducat.

Rust [20]) contendit, exstirpatione nullum aegrotum a carcinomate, imprimis a carcinomate mammae liberari, atque in iis aegrotis, in quibus carcinoma non denuo progressum sit, et qui non post tres annos hectice mortui sint, exstirpationem sane haud necessariam fuisse, medicosque in carcinomate cognoscendo sine dubio errasse. Prae ceteris vitae conditiones externae atque constitutio aegroti animadvertendae sunt. Aegrotus ubi vitae genere quieto, regulari, cum apto corporis motu atque animi hilaritate conjuncto utatur, sanatio eo facilius impetrari potest. Quod attinet ad constitutionem, constitutio atrabilaris pessimam affert prognosin. Si in feminis carcinoma ineunte senectute prodeat, aut, jam antea enatum, hoc tempore in apertum transeat, nulla fere spes sanationis exiltit. Omnis sanationis spes tum

---

20) Theoretisch-praktisches Handbuch der Chirurgie, herausg. von Dr. Joh. Nep. Rust. Berlin und Wien 1830. Bd. III. S. 438.

quoque evanuit, ubi ſymptomata dyscraſiae carcinomatoſae certa prodeunt.

In univerſum tertio morbi ſtadio nullum auxilium eſt exſpectandum, ſed eo celerius malum mortem adducit, quo nobiliora organa correpta ſunt, et quo debiliori conſtitutione aegrotus praeditus eſt. — Vi naturae medicatrici parum ſidei habendum eſt. Interdum ſcirrhus non mutatus reſtat, atque totam per vitam perdurat, ſed abſurdum foret, hunc eventum ſemper exſpectare, cum ejusmodi caſus rariſſimi occurrunt.

Complures medici contendunt, Scirrhum interdum graviditate peracta, aut poſt febrem intermittentem, nec minus poſt febrem vehementem, lactis in mamma affecta ſtagnatione provocata, quid quod poſt diarrhoeam, dyſenteriam, choleram, ipſa naturae vi medicatrice diſſolvi [21]); at vero hae obſervationes prioribus, quae fuere, temporibus factae ſunt, quibus Scirrhus cum induratione confuſus ſaepius eſt, ita ut parum fidei iis habendum ſit.

Dicit Richerand [22]) ſe obſervaſſe, ſcirrhum valde inflammatum eſſe, in gangraenam abiiſſe, in circuitu ejus ſuppurationem effectam eſſe, quae illum ejecerit, quo facto ſuperficiem ſuppuratoriam boni generis remanſiſſe, cui ſponte cicatricem inductam eſſe. Quod, ſi unquam factum eſt, auxilio naturae benigno adſcribendum. Atque rarius obſervatum eſt, ulcus cancroſum, ad ſalutem aegroti ſponte cicatrice inductum eſſe, cum qui ſub eo aderat Scirrhus

21) A. Richter Anfangsgründe der Wundarzneikunſt. Bd. I. p. 272.
22) Richerand, Noſographie chirurg. T. I. p. 381. ed. 2.

neque naturae vi, neque artis remedio expulſus eſſet [23]). Saepius tamen ejusmodi exſiccatio et cicatriſatio ulceris cancroſi mortem mox adfuturam eſſe indicavit.

C u r a.

Carcinomatis cura in duas partes, in internam et externam dividitur. Interna in eo operam ſuam ponit, ut malum dynamice agentibus internis remediis diſſolvatur; externa, ut ſive mechanice ſive chemice ſive externis dynamice agentibus remediis rejiciantur.

Cura interna.

Ex omnibus temporibus ſpecifica interna quae dicuntur remedia, contra Carcinoma nobis commendata ſunt, atque equidem nunc illis enumerandis operam meam navabo:

Localis et generalis deminutio vegetationis deducendis viribus. Jam Fearon adhibuit in Carcinomate externo repetitas locales, in interno generales ſanguinis deductiones.

Laſerre applicavit tertio, ſeptimo vel decimo die hirudines aegrotae parti, quod quidem Lair nuper praecipue in uteri carcinomate commendavit, exiſtumans, illud nihil aliud eſſe niſi hypertrophiam inflammatione adductam.

Praeterea etiam Lisfranc ſe ſaepius repetitis ſanguinis deductionibus adjuncta tenui diaeta et emollientibus cataplasmatibus profeciſſe profitetur, neque negandum eſt, hoc modo retardationem vel ipſam regreſſionem mali adduci poſſe.

---

23) Dict. des ſcienc. med. III. p. 555.

Tamen constanter observatum est, mox adhibita deductione sanguinis malum recrudescere, atque etiamsi repetitio illius remedii iterum eandem, quam prius, efficaciam habet, totalis et radicalis sanatio carcinomatis hac via perfecta in dubium omnino vocanda est.

Pearson et Pouteau praedicant severam per deductionem effectam curationem, atque Heilberg eam juxta internum usum Conii, Sassaparillae, sive Hydrargyri muriatici corrosivi, et externum usum Calcariae oxymuriaticae, Recamier autem adjuncto conio et aconito valde efficacem fuisse se vidisse affirmant; posterior tamen ipse non decernere audet, utrum curata mala re vera carcinomata fuerint, nec ne. Atque mea quidem sententia ex hac methodo effectus exspectandus non est, nisi ex praeceptis Rustii, quae de curatione ex qua hydrargyrum corpori inungitur, atque praeterea de curatione, ex qua fames adhibetur, dat, severe actum est, atque hoc quidem eum ad finem, ut maxima moderatione reproductionis et auctione resorptionis totalis mortificatio aegrotae formationis inducatur.

De Graefe publice proposuit observationes de Carcinomate linguae ex causa syphilitica hoc modo curato; rarissime tamen aegroti conditio hujusmodi erit, ut hoc remedium heroicum adhibendum sit, atque siquidem Scirrhus ad alius stadium progressus est, hoc modo transgressio in apertum carcinoma effici potest.

Eodem modo affirmat Rust per solum Decoct. Zittmanni vel linguae vel labiorum carcinomata radicitus a se sanata esse.

Fuerunt semper multi, qui Narcotica valde

laudarent, atque in hoc quidem laudanda sunt, quod cum non sint irritantia, non facile malum in pejus vertunt, atque eorum nonnulla praecipue tanquam palliativa commendanda sunt.

Herb. digital. purp. quondam valde laudata, ex recentioribus observationibus rejecta.

Idem dicendum de Cicuta, quam Stoerck laudibus extulit.

Brera, Tomasini et Osiander pro viribus commendarunt Aqu. Lauro-cerasi et Acidum hydrocyanicum; raro tamen factum est, ut eorum ope aegroti in integrum restituti sint; si vero iis uti velis, continue ea semper auctis dosibus danda sunt, et quidem Aqu. Lauro-cerasi a triginta usque ad centum guttas p. d.

Validissimum resolvens inter narcotica sine dubio est Belladonna, quae contra Carcinoma praecipue a Lambergen laudata est, cui permulti assentiuntur; atque haec etiam semper auctis dosibus adhibenda est; principio autem pulv. herb., quotidie V—Vjjj gr., pulv. rad. autem et extract. ¼—1 gr. danda sunt, divisis dosibus. Conjunctio ejus cum tart. stibiat., aqu. Lauro-cerasi et aliis remediis etiam laudata est.

Opium, ut remedium palliativum praecipue extremo tempore, ad leniendos dolores maxime necessarium est, neque tamen radicalis sanationis illius ope effectae exempla sunt. Adhibendum est Aconitum in sanando carcinomate, si ex causa rheumatica sive arthritica profectum est. Initium fieri debet ab 1 gr. extract. p. d. et ad decem grana et altius progrediendum. Praeterea adhibita sunt Hyoscyamus, Solanum Dulcamara, et Pulsatilla nigricans, sed tamen sine effectu.

Calendulam officinalem commendavit Wegring [24]), atque ipse Rust affirmat, se ejus utilitatem perspexisse. Dicunt, mane et vesperi —10 pilul. ex extract. paratas pond. grjj danas esse, quibus adjungit Rust ferrum carbonicum hoc modo:

Rec. Extract. Calendul.

Pulv. herb. et flor. Calendul. aa ʒjj

Ferri carbonic. ʒj

I. f. pilulae pond. grjj consp. pulv. Lycopod.
). S. tribus vicibus quotidie vjjj pilul. et sensim plures.

Efficacior etiam est planta virens, quam uper Stein [25]) in sanando carcinomate cutis eteroquin sanorum puerorum pro virili commendavit. Dedit virentem plantam cum lacte el aqua coctam (minoribus infantibus quotidie ʒ—ʒjβ summitat. c. ℔j lact. ad colat. ℥vjjj), el ex recenti succo et aqua aromatica mellanem.

Iodina, quae in glandularum morbis, ut otum est, multam utilitatem affert, hic quoe adhibita est, cum vario tamen effectu.

Ullmann [26]) quidem felici successu gavisus t. Equidem ejus utilitatem non negaverim eunte malo, sed si ad altiora stadia progresm est, non sine causa propter vehementem ritationem timendum est, ne Scirrhus in carnoma transeat, atque praeterea hujus remei vis secundaria in reliquum organismum, si

24) Erfahrungen über die Heilung der Krebsgeschwüre. Aus dem Schwed. mit Zus. von K. Sprengel. Halle 1817.
25) Badische Annalen. Bd. III. Heft I. S. 111.
26) v. Graefe's u. v. Walther's Journ. für Chirurgie und A. H. K. Bd. IV. Heft 2. S. 259.

per longius tempus et pleniori dosi largiterque eo utendum est, sane digna est, quae in censum vocetur.

Inter remedia metallica praecipue haec sunt afferenda: ferrum, aurum et arsenicum.

Ferrum commendatur a Carmichael [27]), et ut phosphoricum, praecipue autem ut carbonicum quotidie XX—LX gr. interne adhibetur, adjuncto etiam conio, quod efficaciam ejus, ut dicit, in majus extollit. Cavendum tamen est, ne sedes deficiant, quod si factum est, unicuique dosi ½ gr. Aloës admiscendum est; si vero vehementius vim suam in systema vasorum exercet, camphora juxta adhibenda est. Etiam phosphoricum basicum dedit Carmichael interne, minoribus saepiusque repetitis dosibus, una cum kali carbonic., cui admixtum erat albumen ovi et pulv. succi liquirit. in pilularum formam redacta. Inde felicissimos successus observavit Carmichael, et tunc quidem maxime, cum carcinoma nimios progressus nondum fecerat, cui sententiae subscribunt Rust [28]), Voelker et Fischer. Rust commendat IV—V gr. quater quotidie c. elaeosacch. macidis, ut etiam c. calendula in pilulas conjuncta, hocque remedium in carcinomate uteri, ubi vis ejus saluberrima esse videtur, invenit utile. E contrario Royston, de Siebold, Clarke, Meisner et Benedict quam exspectaverant utilitatem, nullo modo viderunt.

Item aurum a Westring commendatum, atque ab eo conjuncta calendula, vel extract. chaerophyll. sylv. adhibitnm est. Is quidem

---

27) An Essay on the effects of carbonate and other praeparations of iron upon cancer. Lond. 1809.

28) Rust's Magazin für die ges. Heilkunde. Bd. 1. S. 314.

¼ gr, auri oxydati in acido nitrico soluti, Ammonio muriat. satiati et per kali carbonic. praecipitati semel vel bis quotidie cum Amylo gingivae (in carcinomate uteri labiis pudendorum) nungi jussit, atque etiam Wendt et Gozzi sanationem radicalem hoc remedio effectam se observasse contendunt, dum Hufeland et Meissner mitigatos dolores et effluvium moderatum n cancro uteri viderunt. Adhibito hoc remedio, cujus usum nostris temporibus qui vivunt medici magnis laudibus praedicant, nunquam malum cancrosum in pejus verti, repertum est, quam ob causam operae pretium esse ontenderim, ut medici ei animum advertant t periculum faciant, anne in curationibus internis feliciter adhiberi possit.

Internum usum arsenici specificum esse, non ubitavit Justamond [29]) asseverare. Si reputamus, quanta sit efficacia hujus remedii externe dhibiti, ut pulveris Cosmi, facere sane non ossumus, quin fidem aliquam ei habeamus. Maxime ejus usus tunc commendandus videtur, um symptomata dyscrasiae cancrosae apparent, tque mea quidem sententia optime in forma otae solutionis Fowleri IV — VIII gutt. p. d.; amen cavendum est, praesertim cum perdurnti ejus usui maxime fidendum sit, ne celerius augeatur, quod si faceres, organismo inde ericula exoriri possent. Sed observationes fas multorum doctorum hominum demonstrant, iam huic remedio nullo modo inesse vim specificam saepe laudatam.

---

29) Von den Heilarten in Krebsgeschwüren, in der Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. Bd. XII. S. 399.

Porro fuerunt, qui hydrargyrum conjuncte conio et china adhibendum esse putarent, quod tamen prorsus negare nullus dubito, praecipue in cancro aperto, ubi potius ad mortem accelerandam conferre possit.

Ostermann [30]) se observasse dicit, utilissimam fuisse chinam et camphoram.

Praeterea in usum vocata sunt: Paris quadrifolia, Phytolacca, Verruca equina, succus recenter expressus Onopordontis Acanthii et Scrophularia aquatica nodosa. Etiam adhibita sunt calx antimonii, ammon. sulphuratum, aqua calcis. —

Cura externa.

Dynamice agentia externa remedia ad carcinoma resolvendum.

Remedia externa plerumque cum internis congruunt; videndum autem est, ne usus eorum plus mali quam boni afferat, id quod magis, quam ex usu internorum timendum est. Etenim si vis irritans illis inest, facile conferre possunt ad inflammationem evocandam, et in causa fortasse sunt, ut scirrhus in carcinoma transeat. Non defuere, qui suaderent etiam hic omnia resolventia adhibenda esse, quibus in tumoribus benignis medici uti solent. Haec sunt: emollientes vapores, fumationes cum sulphure et cinnabare, nidores fervidae mixtionis ex gummi ammoniaco et aceto squillit. inunctiones ex oleo amygdalar. amar. c. opio, ex ungt. merc. al.,

---

30) De criteriis et remediis adhuc dubiis in cancris etc. Lundini Gothor. 1780.

praeterea ex liniment. volatil. c. opio, ex mix-
ione liq. ammonii cauſt. c. felle tauri et melle,
ex liq. ammonii puri aqua diluti, fomentatio-
ıes ex ſolutione hepatis ſulphuris, applicatio-
ıes empl. lithargyri, hydrargyri, empl. nigr.
Becholzii, haec omnia in medendo ſcirrho ſae-
ius commendata ſunt. Quantum autem ego
ciam, effectum tantum palliativum habent,
ıunquam autem diſſolutionem afferunt, quam-
is facile depravationem afferre poſſint, quare
avendum, ne nimis ſecure illis utamur.

Uſum externum remediorum narcoticorum
ıon dubitaverim magis commendare, quia mi-
ıus periculi et majorem ſpem affert. Cicuta,
elladonna, digital., hyoscyamus in ungti for-
nam redacta adhibentur, ſive eorum recenter
expreſſi ſucci, ſive contuſae virentes herbae,
etiam in pulpamentum cum lacte redacta, ſo-
utiones extractorum (belladonnae ʒjj—ʒjjj in
qu. ℥j), uti decoctum herb. ſiccar. ad cataplas-
nata et inunctiones in ſcirrho et carcinomate,
ıd obligandum ulcus cancroſum, ad carcino-
nata, quae cavitatibus altis inſunt v. c. utero,
ıd injectiones cet. Belladonnae pulvis ulceri-
ıus inſperſus eſt, et ex cicuta balnea parata ſunt,
ex quibus etiamſi ſanatio radicalis exſpectari
ıon poteſt, negandum tamen non eſt, ea adju-
are remedia interna, lenire dolores, et retar-
lare quoddammodo progreſſiones. Adhibetur
etiam externe aqu. lauro-ceraſi plus minusve
liluta ad fomentationes, in carcinomate uteri
ıd injectiones in vaginam, Cheſton fol. lauro-
eraſi ℥jv c. fervidae aqu. ℔jj per horae ſpatium
nfundi, et colaturam c. ℥jv mellis permixtam
ıd cataplasmata adhiberi juſſit.

Neque opium praetereundum eſt, quod ſive ſolum, ſive admixtis aliis remediis adhibitum eſt, quin etiam Marcinkowsky narrat, ſe uſu purae tinct. opii croc. per duas hebdomades perdurante cancrum labii prorſus ſanaſſe.

Valde etiam commendandus externus uſus calendulae, qua in ſimilibus, ac modo dixi, formis, illis narcoticis commode adjunctis, utendum eſt. Praecipue commendabilis eſt recenter expreſſus ſuccus, cui Stein ad ſanandum cancrum cutis tantum butyri admiſcet, ut ulceri applicatus facile praetereuntem urentem dolorem excitet; obligat eo ulcus antea purgatum quotidie ſemel vel bis, affirmatque ſe inde talem effectum, qualem ex remedio Hellmundii, obſervaſſe. Superficies ulceris poſt 14—21 dies eſt purgata (pura), neque tamen obligatio dimovenda eſt, priusquam ſanationem radicalem videas. Neque ipſe Ruſt dubitat, calendulae uſum ſuo aſſenſu comprobare.

Recens expreſſus ſuccus Onopordontis acanthii ſaepius in cancro faciei adhibitus eſt, atque item applicatio recentium fol. boni Henrici, et a Schinz fol. ſive ſucci ſcrophulariae commendatur. Praeterea memorandum nonnullos uſos eſſe ſucco ſedi acris, et decocto ſabinae, quod tamen propter vim irritantem commendandum non eſt. Quod tamen non item dicendum de pulpamento carotarum a Sulzer commendato, propter efficaciam palliativam laudibus potius efferendum eſt.

Peyrilhe et Ewart acidum carbonicum ex cucuma per fiſtulam ad ulcus deduxerunt.

Ullmann jodinam, quantum poteſt, ad externum uſum commendat; ungt. kali hydrojo-

lic. linteo carpto, a Franco-Gallis Plumaſſeaux
icto, illitum ulceri applicat, atque contendit,
andem ei eſſe efficaciam cum remedio Cosmi.

Weiſe [1]) contendit, pulverem carbonis
nimalis duris marginibus ulceris cancroſi in-
ergendum eſſe, quo facto, ut dicit, liqueſcunt
t in benignam ſuppurationem transeunt.

Weiſs [2]) oleum Dippelii felici cum ſuc-
eſſu adhibuit, quo ter quotidie mammam ſcir-
hoſam lenter inungi, atque hoc facto calido
anno laneo molliori obtegi jubet.

Carminati commendat externum uſum li-
uoris gaſtrici animalium, quod remedium his
oſtris temporibus jure non minus contemptum
t, quam applicatio viventium ranarum Bu-
num, qua olim uſi ſunt medici.

Ex praeceptis Carmichael commendandum
rrum carbonicum vel phosphoricum c. aqua
pulpamenti formam ſubactum, quod ulceri
ncroſo applicat; vel ſolutionem ferri ſulphu-
c. vel acetic. ℥j in aqu. ℔jj ad fomentationes
lhibet, cujus bonum effectum etiam Ruſt laudat.

Porro memorandum hydrargyrum ſubli-
atum corroſ. in ſolutione adhibitum eſſe, neque
gaverim, quin nonnunquam in impuris, icho-
ſis et foetidis ulceribus cancroſis commodum
medium obligatorium ſit, ſed ſanatio inde
nino non exſpectanda eſt, et cautela adhi-
nda eſt, ut in omnibus vehementer irritanti-
s remediis.

---

1) Ueber die Zurückbildung der Scirrhen und Polypen und über d. Heilung d. Krebsgeschwüre, v. Dr. F. A. Weise. Leipzig 1829. — Rust's Magazin. Bd. XXII. S. 198.

2) v. Graefe's und v. Walther's Journal für Chir. u. A. H. K. Bd. V. Heft 3. S. 601.

Nec minus usi sunt medici cerussa, atque liq. plumb. acetic. c. spir. vini, camphora et laudano permixto. Laudatur etiam arsenicum non solum in forma remedii caustici, sed etiam in solutionis forma, cui plus minusve arsenici admixtum est (gr. jj — vjjj in aqu. ℔j, sive in aliud quoddam fluidum v. c. decoct. Cicutae), atque aeque ac hydrargyrum subl. corr. ad obliganda nonnulla ulcera dignum est, quod laudetur.

Richter commendat usum aquae calcis externum, quae, ut a Rust laudata solut. tart. borax., pluries remedium bonum obligatorium contra ulcera cancrosa praebet, si c. extract. hyoscyami, aqu. Lauro-cerasi, sive aliis dolorem mitigantibus conjuncta est.

Denique compressio a nobis commendari potest, quod remedium mechanicum, praecipue propter secundariam dynamicam vim adhiberi solet. Postquam Default ea usus est, pericula fecit in ea Young [33]); qui vim ejus in ulcerosis et non exulcerosis carcinomatibus laudavit. Celare tamen non possumus, maximam mihi cautelam in ejus usu abhibendam esse videri, praesertim cum multi sint, qui contra eam sententiam suam pronuntiarint, atque observationes recentium medicorum demonstrarint, saepius ea adhibita, exitum carcinomatis adductum esse.

Chemice agentia, externa remedia, cauteria.

Quamquam cauterisatio majorem dolorem affert, quam exstirpatio, tamen aegroti libentius illi, quam huic manum dant. Indicatio

33) Minutes of cases of cancer etc. by S. Young. II. Vol. London 1816 und 1818.

pplicationis cauteriorum in carcinomate haec
ſt: ſi ulcus cancroſum in mollioribus partibus
eperitur, cujus aegrota baſis tantae modo craſ-
tudinis eſt, ut perpetua cauteriſationis actione
iſſolvi poſſit, id eſt duarum vel trium linea-
ım; inde ſequitur, cutis et quidem faciei can-
rum maxime eſſe, ubi hujus remedii locus
t, multo minus glandularum et mammae can-
:um; tamen etiam in his fieri poteſt, ut cau-
:riſatio adhiberi poſſit, atque hoc quidem, ſi
ıedicus cultro jam uſus eſt, ſuſpecta autem
:ſidua reſtant, aut, ſi poſtea apertum adhuc vel
m cicatrice obductum vulnus iterum cancro-
ım fieri minatur. Ceterum non ſolum magna
:aſſitudo carcinomatis contraindicatio caute-
orum eſt, ſed omnino progreſſiones mali non
ıntemnendae, debilis conſtitutio aegroti, dys-
:áſia cancroſa, etc.

Omnium cauteriorum nullum majorem lau-
:m meretur, quam arſenicum, cujus vis ſe-
nda in carcinomate praecipue ab ejus vi mu-
nte pendere videtur, quam ſimul cum vi de-
uente in partes affectas exercet [34]). Plerum-
ıe initio in forma pulveris Cosmi, ſive ex
aeceptis Hellmundii [35]), quae recentioribus
:mporibus dedit, adhibetur.

Remedium Hellmundii, ſi comparatur cum
medio Cosmi eandem vim perdurantem habet,
l tardiorem, quod eſt in cauſis cur minus
hementem reactionem efficiat, quo accedit,
od cum dolore minore conjunctum eſt; etiam
·es ejus ex effectu vel augeri vel minui poſ-

4) Ruſt's Helcologie, Bd. 2. Wien 1811. S. 102.
5) Ruſt's Magazin für die geſ. Heilkunde. Bd. 19. Heft 1.

ſunt, atque etiam iis locis applicari poteſt, quibus pulv. Cosmi non poteſt, quia illud ſanas corporis partes, quibus admovetur, omnino non afficit, quae res praecipue in cauteriſatione oculorum maximi momenti eſt. Cicatrix etiam, quae ex uſu ejus reſtat, minor planiorque eſt. Obſervationes, quae primum Berolini in noſocomio, quod Charité vocatur, poſtea a Chelius, Meyer, W. Sprengel, Heyfelder aliisque factae ſunt, efficaciam ejus ſatis probarunt, modo ne ibi exſpectentur, ubi remedia cauſtica prorſus indicata non ſunt v. c. in carcinomate fungoſo.

Praeter arſenicum alia remedia adhibita ſunt, v. c. hydrargyrum ſubl. corr., quod c. gummi mim. et aqu. in paſtam redactum eſt, et aeque ac remedium Cosmi applicari poteſt, porro kali cauſt. et argentum nitr. fuſ., deinde acidum nitricum, acidum muriat. et acidum ſulphuric. concentratum, poſtea liq. ſtib. muriat.

Etiam zincum muriaticum commendatum eſt, de quo tamen obſervationes certae deſunt. Idem dicendum de efficacia ferri candentis, unde ſane multum exſpectandum eſſet, niſi, ut Ruſt obſervat, vehemens reactio, quam provocat, et ea res huic remedio obſtarent, quod celeri formatione cruſtae firmae ſinem mox ſibi imponit, atque ita vim in partes profundiores impedit.

Remedia mechanica.

Ut jam in prognoſi dictum eſt, plerique recentiores medici conſentiunt, exſtirpatione per cultrum carcinoma ſaepiſſime non funditus exſtingui. Aut enim vulnus, cui culter admotus eſt, mutatur in ulcus cancroſum, aut poſt accep

m cicatricem malum eodem vel alio loco de-
10 erumpit, aut aliud mortiferum malum, nexu
ufali cum carcinomate conjunctum, oritur, ut
ydrothorax, phthiſis al. Ex obſervationibus
edicorum non ſunt certa ſigna, ex quibus felix
ccessus operationis praedici poſſit; etenim ſae-
us animadverſum eſt, ſucceſſum felicem non
iſſe, quamquam res ejusmodi erat, ut omnino
ſpectari poſſet, atque vice verſa; quin non-
nquam morbus iterum erumpens extemplo
ajores progreſſus fecit, et celerius mortem ad-
ixit, quam ſine exſtirpatione factum eſſet.
men, etiamſi operationem radicalis ſanatio
on ſequitur, inde fortaſſe in brevius longiusve
mpus, quin imo in plures annos, aegrotus ab
c malo liberari et vita ejus duci poteſt, unde
quitur, eam certe, tanquam remedium pallia-
um, commendandam eſſe. Si vero organum
rcinomate affectum eſt, ad vitam ſervandam
orſus neceſſarium, quod non ſine periculo ex-
rpari poteſt, operatione abſtinendum eſt. Alias
idem operatio indicata, neque tamen probanda
, niſi uſus palliativus dolorem et pericula,
ibuscum operatio conjuncta eſt, aequat, atque
l ſpem affert ſanationem radicalem inde ſequi
ſſe. Hinc derivandae ſunt contraindicationes
ſtirpationis:

1) ſi dyſcraſia cancroſa certis ſignis indicatur, aut ſi cauſae adſunt, quibus carcinoma hereditarium eſſe, concludi poteſt.
2) Si praevidendum eſt, omnia certe exſtirpari non poſſe, atque ſi digniores partes laederentur, aut ſi locus aptus non eſt.
3) Si carcinoma ſub felicibus, ut viſum eſt, ſignis auctum eſt, et ſi inſigniter progreditur, operatio, quod innumerabiles obſervationes de-

monſtrant, infelicem efficaciam provocat, ac facile fieri poteſt, ut aegrotus moriatur. Si ea uti velis, inſtitio carcinomatis aut exſpectanda aut adducenda eſt.

4) Si carcinoma aut omnino non aut tardiſſime progreditur.

5) Si aegrotus valde infirmus, aut facile vulnerabilis eſt, ita, ut non ſine cauſa timendum ſit, ne reactione traumatica in vitae periculum adducatur.

Operationis ratio, quo modo adhibenda ſit, in univerſum definiri non poteſt, atque eadem omnino praecepta ſequitur, quibus medici in exſtirpatione tumorum utuntur.

I. Supremum principium eſt, omnia, quae a carcinomate affecta ſunt, penitus decorticare.

II. Si carcinoma certum organum, nominatim glandulam apprehendit, non in eo acquiescendum eſt, ut aegrota pars ſola decorticetur, ſed, ſi ſine gravi detrimento functionum organismi fieri poteſt, tota glandula exſtirpanda eſt.

III. Semper in exſtirpatione cultro utendum eſt, non vero hebetibus, dilacerantibus aut contundentibus inſtrumentis.

Discrepant medici, utrum ſuperficies vulneraria per primam an per ſecundam intentionem ſananda ſit. Mea quidem ſententia dubitari non poteſt, quin intentio prima non contemnenda emolumenta afferat, etenim ſuperficiem vulnerariam omnibus ſive externis ſive internis impulſibus celeriter adimat, atque aegroto ſuccum et vires conſervet; tamen intentioni ſecundae cedere debet, ſi tantum cutis ſimul deduceretur, ut altera adhiberi non poſſit. Deducenda autem eſt tota illa cutis pars, quae tumorem ſive aegrotam partem obtegit:

1) ſi carcinoma ex illa eductum eſt.
2) ſi per totam ejus extenſionem non eum, quem debet, colorem ſervat, exulcerat, non libere movetur, ſive alio modo ſuſpicioni locum praebet.

Non contemnendum erit, ſi ante operationem opinquo huic loco fonticulum applicemus, iod Klein et Flagani, quo recidivum effugerent, mmendarunt.

Poſt adhibitam operationem primaria cura eo ponenda eſt, ut omnia, quae nocere poſſint, noveantur, atque non modo diaeta diligentiſne definienda, ſed etiam vulnus ab omnibus ·itantibus impulſibus tutandum eſt, praecipue iniquo obligatorio. Si vulnus pus movet, nnia unguenta nocent, neque quidquam prius ciendum, quam vulnus usque ad ſanationem iteo aqua tepida madefacto obtegendum. Non ro ſit, ut in cicatriſatione, ſi usque ad certum adum progreſſa eſt, inſtitio appareat, aut etiam ppuratio in malam partem vertatur. Neque nen eo commoveri debemus, ut ratione inſſerenti abſtineamus. Saepius hujus rei cauſae nt vitia digeſtionis, affectus animi, frigoris inria al., quibus obviam eundum eſt. Si autem anulatio ſuſpectam naturam aſſumſit, ſi in uno quo loco, qui ſaepe ſolus per ſe, omnibus aliis dum cicatriſatis, ſanationi conſtanter repuat, luxurians, verrucoſa, ſcirrhoſa ſit, extem- dimovenda eſt, quem ad finem optime arſeum, quod etiam Ruſt commendat, adhibetur. elius tunc vulnus unguento narcotico-balſaco Hellmundii obligat. Benedict vulnus ct. opii madefacit, et unguento opii obligat, recidiva impediat,

Etiam felici operationis ſucceſſu vulneris ci-

catrisatione facta, illa pars, quae morbo affecta erat, ab omnibus incommodis est tutanda, et praecipue aegrotus eo adducendus est, ut per aliquot tempus diaetam ad certam normam directam sequatur.

Si omnia conamina mali plane tollendi irrita fuerunt, aut si carcinoma nimis longe progressum est, ita, ut de sanatione radicali jure desperandum sit, aegrotus ut auxilio palliativo levetur, opera danda est. Hoc respectu vitae rationem aegroti maximi momenti esse, jam a nobis observatum est, atque diligentissime cura adhibenda est in adornanda diaeta et regimine. Praeterea haec momenta commemoranda sunt:

1) Dolores minuendi sunt, quod fit per narcotica v. c. opium, aqu. Lauro-cerasi externe et interne adhibitam, vel, quod Chelius vult, per tepidas fomentationes ex solutione hepat. sulphur. in aqu. rosar. c. extract. hyoscyami.

2) Per emendationem secretionis ulceris corruptio succorum minuenda, et odor foetidus removendus est, ad quod faciendum satis multa remedia externa a nobis allata sunt.

3) Haemorrhagiae retardandae et vires servandae sunt.

Ad haemorrhagiam impediendam linteo carpto Gummi arab. sive colophonio adsperso externe utendum est, et interne acidis sive adstringentibus. Ad servandas quam diutissime fieri potest vires nota ratio diaetetica et pharmaceutica ineunda est; atque nutribilis diaeta, islandicus lichen, china sunt remedia, ad quae confugiendum est.

V I T A.

…alius *Carolus Theobaldus Rohm* natus ſum Calendis …liis anni MDCCCVIII Proscoviae, oppidulo Sileſiae, …tre *Carolo Rohm*, regiis jurisdiſcendi officiis fungente … matre *Mariana*, e gente *Koenig*. Inde a prima pue…ia in ſchola elementaria litterarum rudimentis imbu…s, anno MDCCCXIX Oppolium me contuli, ubi gym…ſio ſub auſpiciis *A. Piehatzek* florenti traditus ſum. …udiis gymnaſialibus abſolutis, teſtimonio maturitatis …ructus, cum diſciplinis medicis vitam dicare conſtitu…em, Calendis Novembribus anni MDCCCXXVII in… cives Univerſitatis Vratislavienſis ab Ill. *Treviranо*, …c temporis rectore magnifico, receptus, ab Ill. *Pur…je* ejus anni Decano maxime ſpectabili medicinae ſtu…ſorum numero adſcriptus ſum.

In hac alma litterarum ſede celeberrimi viri hasce …ciplinas mihi explanarunt:

Ill. *Otto*, anatomiam corporis humani theoreticam … practicam, anatomiam comparatam, zoologiam, oſteo…iam et ſectiones forenſes.

Ill. *Henſchel*, encyclopaediam artis medicae, ter…nologiam botanices, denique ſyſtema plantarum na…ale.

Ill. *Barkow*, osteologiam et syndesmologiam.

Ill. *Steffens*, physicam et hodegeticen.

Ill. *Purkinje*, physiologiam corporis humani atque experimenta physiologica.

Ill. *Treviranus*, elementa botanices.

Quum sub exitum anni MDCCCXXVIII Vratislavia almam huc Gryphiam commigrassem, eum mihi proposui finem, ut in hac tranquillissima musarum sede studiis meis totum me dederem, maximamque iis impenderem operam, ubi ab Ill. *Tillberg* tunc temporis rectore magnifico inter civium academicorum numerum receptus, professores, qui sequuntur, celeberrimi spectatissimique, hasce me disciplinas docuerunt:

Ill. *de Weigel*, chemiam medicis aliisque destinatam, chemiam applicatam medicam, mineralogiam, experimenta chemica, materia medica, pharmaciam, denique scientiam formularem.

Ill. *Rosenthal*, anatomiam theoreticam et practicam, physiologiam corporis humani.

Cel. *Warnekros*, pathologiam generalem.

Ill. *Hornschuch*, botanicen universam, demonstrationes plantarum horti botanici, institutis una excursionibus.

Ill. *Stiedenroth*, methaphysicen.

Ill. *Seifert*, chirurgiam generalem et specialem.

Ill. *Berndt*, pathologiam et therapiam generalem, pathologiam et therapiam specialem, artem obstetriciam, nec non cholerae Asiaticae curandae rationem.

Ill. *Mandt*, chirurgiam generalem et specialem, akiurgiam, ophthalmologiam.

Praeterea clinico medico et obstetricio duce Ill. *Berndt* et clinico chirurgico et ophthalmiatrico duce Ill. *Mandt* per annum et dimidium interfui; ex quorum virorum, multijugi doctrina experientiaque instructissimorum cum maximos fructus maximaque ad totam vitam practicam emolumenta perceperim, fatear

cesse est, nunquam ex animo meo eorum imaginem memoriamque recessuram.

Jam vero tentamine examineque rigoroso coram gratioso medicorum ordine absolutis, spero, fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis summi in medicina et chirurgia honores in me rite conferantur. —

THESES DEFENDENDAE.

I

In ulceribus syphiliticis curandis localis curatio non sufficit.

II.

Fluxus menstruorum a lunae vicibus pendet.

III.

Ancipiti potius quam nullo remedio utendum.

IV.

Trepanatio per se non est operatio periculosa.

V.

Tantum abest, ut femoralia noceant, ut potius omnis tanquam utilissimum vestimentum commendanda putem.

IV.

Vis astrorum in corpus humanum non neganda.